AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS
Göttweig (?), 12. Jh. Seite 87r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



enim eis me teneri iactaba uoces miserabiles. Quādiu Quādiu
Cras 7 cras. Quare n̄ modo. Quare n̄ in hac hora finis turpitudinis
mee. Dicebā hec & flebā amarissima ꝯtritione cordis mei. Et ecce
audio uocē de uicina domo in cantu dicentis & crebro repeten
tis quasi pueri. an puelle nescio. Tolle lege. Statiq; mutato uul
tu intentissim⁹ cogitare cepi. utrūnam solerent pueri in aliq̄
genere ludendi cantitare tale aliq̄d. nec occurrebat omnino
audisse me uspiam. Repssoq; impetu lacrimarū surrexi. nihil
aliud intpretans diuinit⁹ m̄i iuberi. nisi ut aperirē codicē & lege
rem quod p̄mum caput inuenissem. Audierā enim de antonio.
qd euangelica lectione cui forte super uenerat ammo
nitus fuerit. tamquā sibi diceret qd legebat. uade uen
de omiā que habes & da pauperib; & ueni sequere me. &
habebis thesaurū in celo. & tali oraculo c̄festim ee ad te
conuersum. Itaq; c̄ citus redii in eū locū. ubi sedebat aly
pius. ibi enī posuerā codicē apli cū inde surrexeram.
arripui. aperui. & legi in silentio capitulum quo p̄mū
coniecti s̄ oculi mei. Non in cōmessationib⁹ & ebrietatib⁹.
non in cubilib⁹ & in pudicitiis. non in contentione & emu
latione sed induite dn̄m ih̄m xp̄m. Et carnis curam ne
feceritis in c̄cupiscentiis. Nec ultra uolui legere. nec
opus erat. Statim quippe cum fine huiꝰce sententie. q̄si
luce securitatis infusa cordi meo. om̄s dubitationis
tenebre diffugerunt. Tum intiecto aut digito. aut
nescio quo alio signo. codicē clausi. & tranquillo iā
uultu indicaui alypio. At ille quid in se ageretur
quod ego nesciebā. sic indicauit. Petit uidere q̄d le
gissem. ostendi. Et adtendit & iā ultra quā ego lege
ram. & ignorabam. quid sequeret. Sequebat v̄. infir